

et dialectici id munus esse contendit:⁵¹ *Et periclitamur quaerentes
sophistam prius reperisse philosophum. Theae. Quomodo dicis? Hosp.
Per genera dividere neque eandem speciem aliam praestare neque aliam
existentem eandem, num dialecticae scientiae dicemus esse? Theae. Nae
5 dicemus. Hosp. Nonne ergo potens hoc facere unam ideam per multa
singulis positis seorsum undequaque extensam sufficienter persentire
et multas alias ad^{xii} invicem, ab una extrinsecus contentas et unam
rursus per tota multa in uno coniunctam et multas seorsum unde-
quaque determinatas: hoc vero est, quae communicare singula potest, et
10 quae non, discernere per genera scire. Theae. Omnino. Hosp. Sed enim
dialecticam non alii quidem tribues, ut ego puto, praeterquam sincere
et iuste philosophanti. Talem autem philosophum describit paulo
post:⁵² *Philosophus vero entis semper per ratiocinia incumbens ideae,
ob luciditatem regionis nullo modo facilis est conspectu, multorum
15 enim animae oculi sustinere ad divinum respicientes impotentes sunt.**

Talem quoque veram esse philosophiam, qualem hic phi-
losophum descripsit, ex Re publica ostendimus. Definitionem
itaque ac divisionem illam vel praecedentem vel subsequentem
vere scientiae instrumenta Plato celebravit.

⁵¹ καί κινδυνεύομεν ζητοῦντες τὸν σοφιστὴν πρότερον ἀνηυρηκέναι
[ἀνευρηκέναι] τὸν φιλόσοφον. Θεαι. πῶς λέγεις; Ξεν. τὸ κατὰ γένη
διαιεῖσθαι καὶ μήτε ταῦτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήτε ἕτερον ὄν
ταῦτόν, μῶν οὐ [οὔν] τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι; Θεαι.
Ναί, φήσομεν. Ξεν. Οὐκοῦν ὁ γε τοῦτο δυνατὸς δοῦν μίαν ἰδέαν διὰ
πολλῶν, ἐνὸς ἐκάστου κεκίμενου χωρὶς, πάντη διατεταμένην ἰκανῶς
διαισθάνεται [διαισθάνεσθαι], καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀλλήλων ὑπὸ μιᾶς
ἔξωθεν περιεχομένας, καὶ μίαν αὖ δι' ὅλων πολλῶν ἐν ἐνὶ ξυνημμένην,
καὶ πολλὰς χωρὶς πάντη διωρισμένας· τοῦτο δ' ἔστιν, ἢ [ἡ] τε κοινωνεῖν
ἕκαστα δύναται καὶ ὅπη μή, διακρίνειν κατὰ γένος ἐπίστασθαι. Θεαι.
Παντάπασιν μὲν οὖν. Ξεν. Ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλω δώσεις,
ὡς ἐγώ μιν, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι. [PLATO,
Sph. 253.c.8 – e.6]

⁵² ὁ δέ γε [δὲ] φιλόσοφος, τῇ τοῦ ὄντος αἰεὶ διὰ λογισμῶν
προσκειμένος ἰδέα, διὰ τὸ λαμπρὸν αὐτῆς χώρας οὐδαμῶς εὐπετῆς
ὄφθῆναι. τὰ γὰρ τῆς τῶν πολλῶν ψυχῆς ὄμματα καρτερεῖν πρὸς τὸ
θεῖον ἀφορῶντα ἀδύνατα. [PLATO, Sph. 254.a.8 – b.1]

^{xii} Corr. ex ab